



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 1. Sortium descriptio & genera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)



SORTES,
 QVIBVS, NE TEMERE CA-
 DANT, TEMPERANDIS; VEL,
 si temerè ducuntur, ca-
 stigandis

DIVINI IUDICII ÆQVITAS
 semper adest.

CAPVT I.

*De Varietate Sortium & Sorti-
 entium.*

§. I.

Sortium descriptio, & genera.



Nter improuisos fortuitosque e-
 uentus atq; humanos *Casus*, *Sortes*
 numerantur. *Sortis euentus*,
 ait S. Ambrosius, *non in nostra est potestate*,
sed quem casus, attulerit. Hæ *Sortes* quid
 sint, & à quibus, vel benè, vel malè vsur-
 pentur, & quo Dei iudicio cadant, dicen-
 dum est. Et si enim videntur temerè con-
 tingere, quæ contingunt fortitò; attamen
 diuina Prouidentia & æquitas neque in his
 deest. Quod agnouit, qui dixit: *In mani-*
bus tuis sortes mea. Et, D. Augustino teste,
Sors (sua natura) aliquid mali non est, sed res,
 A in hu-

S. Ambr.
 lib. 3. de
 viduis.

P. 3.

Psal. 30.

16.

S. Au-
 gustin. in

Pfal. 30. *in humana dubitatione, diuinam indicans vō-*
luntatem. Sortium porrò nomine intelli-
 guntur plerumque ea, quæ conijciuntur in
 urnam, & inde, in electionibus, aut qui-
 busuis deliberationibus, extrahi solent; si-
 ue sint tesseræ, siue chartulæ; siue albæ &
 nigræ fabæ, quæ veteribus vsitatissimæ fu-
 erunt; sicut & niuei atrique lapilli; siue lit-
 teræ alphabeti; siue bacilli, siue oscilla, si-
 ue tali, siue calculi *ἀγριοι*, vel *τετραήμενοι*;
 siue pilulæ aut globuli aurati vel argentei,
 vt apud Venetos: siue lanci, vt apud Ge-
 nuenses; siue tabellæ, siue lamellæ tenues;
 siue testaceæ, aut testulæ, siue aliud quid si-
 mile, vt postea ostendam. Hebræis *Sors*
Esther, 9. *Phur* dicitur à cadendo, eò quòd *Sors*, in
 26. urnam coniecta cadat, vnde *casui* attribui-
 tur. Harum rerum vsus *sortitio*, seu *sors* for-
 maliter solet appellari. Vsiatiùs *Sors*, in
 urnam mittitur. Neque tamen urnâ sem-
 per opus est. Cicero meminit *sortium* con-
 iectarum in hydriam: Plautus in situlam:
Cic. Act. Homerus in galeam; vti & Virgilius: quam-
 4. in Verr. Plautus in Casina. uis hic etiam in urnam; Genuenses in di-
Homer. Iliad. 8. stinctas eiusdem urnæ velut fistulas conij-
Virgil. 5. & 6. *Æ-* ciunt. Alij in pileos, facculos, cistas, li-
neid, brorum paginas, seu schedas, seu alia im-
 ponunt.

ponunt. Alij nihil ex vrna, aut galea &c. extrahunt; sed libros aperiunt, & obuias sibi sententias consulunt. Nummos, cultros, bacillos alij in altum aërem proijciunt, & quæ pars prona, quæ supina ceciderit, dispiciunt. Milites frequenter, cum de statione, vel vita ac resti agitur, astragalus ludunt, super tympano.

§ II.

Regum eligendorum, urbium oppugnandarum, aliorumq; negotiorum sorte suscipiendorum, alij modi.

Notum illud Iustini, de eo in regem eligendo, cuius in forum venientis equus prius hinnisset. Sortis id loco erat. Sed sortem elusit, qui hinnitum arte procurauit, equo pridie in forum, ad equam adducto, cui postridie iam assuetus amator adhinniret. *Venetis hodie*, ait Henricus Salmuth, *si quid agendum est, ita sortitionem efficiunt. Veneti si fingamus, in senatu de ratione belli agendum esse, neque inter Senatores conuenire, ad cuius urbis expugnationem primùm debeat duci exercitus (quod accidit temporibus Michaëlis Trigesimi quinti Venetorum Ducis. Hadrian. Barlan. de Ducib. Venet.) ad diuinas Sortes recurrendum ducunt. Nomina quidem*

Henric.
Salmuth
in Guidó.
Pancirol.
cap. de
Fibula.
post Clau
diū Co-
teræum,
de Iure
Militum.